quiete post morsum et patrocinantes invicem in obsequiis obliti sunt offensarum. Cum igitur sapientum sit proprium insipientes honeste sufferre sapientiam et amicitiam vestram rogamus attentius quod honore vestro et antique et moderne dilectionis intuitu quod gestum est cum a sapientibus non processerit mitigantes iram non revocetis ad animum. tamen si nos forte sentitis obnoxios super hiis vos arbitratores et iudices facientes nos metipsos sub examine vestro supponimus. considerantes quod licet offendatur Deus nichilominus pater et dominus. item quod non offuscatur aurum inter spinas manens nec eius decrescit claritas conculcatione pedum nec per inhonestum tactum eiusdem qualitas transmutatur.

Presentatis igitur et lectis litteris antedictis cum nuntiis responsionem instantissime postularet